

omnium Domini sacerdotum, atque ipsius observantia disciplina, in auferendis confusionibus apostolicis sedis antistes suo pronuntiasset examine, veneranter accipi, tenaciterque servari, cum suis plebis caritas vestra cognosceret: nec unquam possent convelli quae et sacerdotali ecclesiastica præceptione sufficienter et regia. Unde, fratres carissimi, præsumptionem prædicti, quae in fratribus et coepiscopi nostri Leontii processit injuriam, ita convenit tolerari, dignæ nunc interim ultiōnis immunem, ut si transgressor remediis abutitur satisfactionis et veniae, nec culpam præsentis excessus curandam futuræ observantia sedulitate promittit, redeunte querinonia, eo privilegia Viennensis Ecclesie ad Arlesensem antistitem transferantur exemplo, quo migrare principio.

I. Unde nostræ moderationis nomen tenentes, ad Veranum fratrem et coepiscopum nostrum scripta diximus, ut prædictum ex nostra delegatione conveniat, quatenus quid de eo retulerit s agnoscat: quia onerosum esse non debet, delinquente fratrem

A de propriis excessibus increpare, quibus praceptum constat frequenter ignorare. Necesse est autem, si nullum correctionis ejus indicium sumpserimus (quod illa est professione retinendum, qua definitionem sedis apostolice periculo ordinis sui semper conservandam sine ulla deinceps transgressione testetur), ad Arlesensem Ecclesiam easdem quatuor civitates, quarum non sicut aut non fuerit Mamertus episcopus ordinatione contentus, esse revocandas. Quod etiam tunc oportebit fieri, si ullus unquam post eum, quem nunc caritate corripimus, et ulterius ab illicetis confidimus abstinere, præsumptionis bujus imitator exstiterit.

II. De hoc sane, qui licet indebit, Deensibus cognoscitur ordinatus, iustitiae ratione censuimus, ut B sacerdotium ejus fratris et coepiscopi nostri Leontii confirmetur arbitrio, a quo rite debuit consecrari. Deus vos custodiat, fratres carissimi, aeo longiore. Data sexto calendas Martias (anno Chr. 464), P. C. Basili vii clarsimini consulis.

DECRETA HILARI PAPÆ.

DECRETUM

HILARI PAPÆ JUXTA GRATIANUM, QUOD IN PRIORIBUS NON PONITUR.

Corpus Christi insimilis portionibus singuli totum accipiant.

Ubi pars est corporis, est et totum. Eadem ratio est in corpore Domini, quæ in manna, quod in ejus figura præcessit. De quo dicitur: *Qui plus collegerat, non habuit amplius, neque qui minus paraverat, habuit minus.*

* Exstat et in Burchar. lib. x, cap. 55, apud quem posrema verba sic lego, usquequo corrigatur. MANSI.

nus (*Exod. xvi*). Non enim est quantitas visibilis in hoc estimanda mysterio, sed virtus sacramenti spiritualis.

ALIUD DECRETUM

EJUSDEM, EX CODICE LUDORUM SEXDECIM, CAP. 19 DE CONTENTIOSIS.

C Si quis videtur contemniosus esse, dicente Apostolo, nos talem consuetudinem non habemus, sed neque Ecclesia Dei (*I Cor. ii*): si quis facit, notetur, usquequo se corrigit.

ANNO DOMINI CCCCLXVII.

SIMPLICIUS PAPA.

ANALECTA PROLEGOMENON. I. VITA VITAVIA VITA SIMPLICII PAPÆ.

(Ex libro Pontificali.)

(a) Simplicius natione Tiburtinus, ex patre Castino, (b) sedata nos quindecim mensem unum dies septem.

(a) Cum post obitum Hilari decem diebus se des vacasset, anno Christi 467, qui est Leonis imperatoris Orientalis II., vigesimo die Septembri creatus est pontifex Simplicius Tiburtinus Castini filius. Hujus temporibus totus ferme Christianus orbis sub hereticorum principum dominio constitutus fuit, nullusque penitus rex catholicus alicui saltem exiguae provinciæ dominabatur. Elenim post Anthemium, Olybrium, Glycerium et Augustulum Occidentis imperatores occisos vel relegatos, Odoacer Eruorum rex Arianus iuxta vaticinium sancti Severini, Noricorum et vicinarum gentium apostoli miraculis

D Hic dedicavit basilicam S. Stephani in Cœlio monte in urbe Roma, et (c) basilicam beati apostoli Andreae clarissimi, Italiam totumque Occidentale imperium suo dominio subjecit, tituloque imperatoris, purpura et regalibus indumentis abjectis, regio tantum nomine usurpato, deinceps tenuit. Gallias cum Hispania Ariani Gothi obtinuerunt. Dirus catholicorum persecutor Arianus et tyrannus Gensericus universæ Africæ imperavit. In Oriente post obitum Leonis, Zenus imperator Eutychianus simulata perlidia acerbissimum se Ecclesiæ impugnatorem præbuit. Petrum Fullonem Accœmetarum monachum, et Timotheum Elurum sacrilegum Alexandrinæ Ecclesiæ invasorem, quos ob hæresim et seditionem Leo imperator